



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XIV. Das Capitel zu Havelberg überläßt dem Kloster Hillersleben die Hebungen von einer Hufe Landes in Achendorf, im Jahre 1255.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

dae potestati eos ad ipsas consuetudines dimitendas, vel ad alias recipiendas, nisi sponte, et qualibet sine coactione nostra, sicut ad nos per unitatem, ita per uniformitatem quandam revertantur, conscientia persuadente, salvo eo quod a quinquennio in quinquennium frequentent Capitulum Generale, et recipiant tam visitationes quam correptiones ordinis in praedictis consuetudinibus, si ipsis aliter, quam exprimeretur usi fuerint, et in omnibus aliis, ad quas se obligabunt, quod in ipsis debeant nobis conformes esse; hoc et iam addito, quod intra Saxoniam tantum praedictis consuetudinibus utantur, nisi intra Saxoniam ipsam declinaverint ad Ecclesiam aliquam, quae sit nobis omnino conformis ad praefens, aut velit se nobis processu temporis conformare. Si autem aliquis fratrum nostrorum, qui sunt nobis omnino conformes, sive causa visitationis, sive occasione itineris, sive alio quocunque modo transtulerit se ad ipsos, in refectorio et in infirmitorio, si infirmus fuerit, licite utetur cibis eorum in ecclesiis conventualibus. In aliis vero locis carnibus non vescatur cum eis, licet cum magna indulgentia toleremus, quod vescatur, communibus eorum pulmentis aliquando ut fieri solet propter scandalum evitandum, dum tamen in ipsis pulmentis carnes non appareant manifeste. Super his omnibus deliberabitis licentius et certificabitis nos melius quam feceritis hac vice, si placet, in nostro proximo Capitulo Generali. Nos autem habito jam consilio cum quibusdam, certissime credimus, quod in ipso Capitulo universos Coabbates nostros, licet cum aliqua, et fortassis cum multa difficultate, ad consentiendum tamen praedictis, inducemus fraternae caritatis intuitu, et ad hoc ipsum specialiter, ut saepe dicti fratres vestri seapularibus non utantur, et gaudeant eo modo psallendi, quem ad haec usque tempora habuerunt; salvo tamen eo, quod obligent se ad alia, quae non erunt expresse excepta, in quibus nec credimus, nec videmus, quod possint aut debeant aliqua ratione gravari.

Buchholz a. a. D. S. 58.

XIV. Das Capitel zu Havelberg überläßt dem Kloster Hillersleben die Hebungen von einer Hufe Landes in Achendorf, im Jahre 1255.

Wipertus dei gracia havelbergensis ecclesie prepositus, Johannes prior totumque eiusdem ecclesie capitulum Omnibus inspecturis in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum et more aque defluit decurrentis, ea, que aguntur in tempore, ne similiter labantur cum tempore dilabente, poni solent in lingua testium et scripture memorie perhennari. Notum igitur sit vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos redivus vnius mansi, ad nos de iure pertinentis, in villa achendorf siti, ecclesie hildesleue pro X. marcis stendaliensis argenti dimisimus in ius perpetue proprietatis, excepto eo, quod ius aduocacie nostre ecclesie reservamus. Ne autem in posterum aliquid dubietatis aut similitatis possit oriri, presentem paginam sigilli nostri impressione duximus roborandam. Testes huius rei sunt Wipertus prepositus, Johannes prior, Bertoldus camerarius, Hinricus custos, Bertoldus celerarius, Hinricus de calenvorde, Hinricus de sandowe, Manegoldus, Wefzelinus, Hinricus de suecthen, Olricus, Johannes de runtorp, Johannes de Crenefe, Cono, sacerdotes, et alii quam plures. Actum havelberg anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVI<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. kalend. Januarii.

Nach dem auf der Königl. Bibliothek zu Berlin befindlichen Copiaro des Klosters Hillersleben I. fol. 23.